Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rogauit que hæc essent. Isq; dixit ei. Frater
tuus uenit. & occidit illi pater tuus uitu
lum saginatum. quia saluum illum recepit.
Indignatus est autem. & nolebat intrare.
Pater ergo illius egressus. coepit rogare il
lum. At ille respondens. dixit patri suo.
Ecce tot annis seruio tibi. & numquam
mandatum tuum preteriui. & numquam
dedisti mihi hedum. ut cum amicis meis
epularer. Sed postquam filius tuus. hic qui
deuorauit substantiam suam cum meretri
cibus uenit. occidisti illi uitulum saginatum.
At ipse dixit illi. Fili. tu semper mecum es.
& omnia mea tua sunt; epulari autem & gau
dere oportebat. quia frater tuus hic mor
tuus fuerat & reuixit. perierat & inuentus est.
Dicebat autem & ad discipulos suos.